



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

16. An Prælati regulares teneantur mittere professionem fidei? Sed magis dubium est ciirca regulares lectores Philosophiæ, & sacræ Theologiæ, an inquam, teneantur emittere Fidei professionem? Ex p. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

§. 1. **A**ffirmatiū respondeo, nisi Prælatura sit ele-  
ctiuā. Dico igitur, Superiores Religionum  
posse amouere, & spoliare Prælatos manuels de  
suis Prælaturis manualibus quomodocumque, &  
quandocumque ipsis placuerit, etiam sine causa,  
nec ipsi Prælati manuels possunt conqueri, siue  
agere quicquam contra spoliatores, ex o.p. cīm ad  
monasterium, & tales, in fine, sunt glossa perpetua,  
de stat. Monach. Et ratio est, quia Superiores illos  
à dictis Prælaturis amouendo, vtrunt iure suo, nec  
illis iniuriam faciunt, & ita hanc sententiam ex  
multis Doctribus probat, & tenet nouissimè Aloysius  
Riccius in praxi, tom. 4. resol. 51. num. 4. & ante  
illum Sigismundus à Bononia in tract. de electione  
part. 1. cap. 7. dub. 49. num. 7. vbi num. 1. 4. affir-  
rit Provinciales, Rectores, &c. Societatis I E s v,  
qui instituuntur à suo Preposito Generali, & item  
Priorē seu Guardianis aliarum Religionum, qui  
prudentur à suis Generalibus, seu Diffinitoribus,  
possit mutari, vel spoliari ab eisdem suis Prouisorib-  
us, seu Institutoribus, etiam sine causa, quomodo-  
cumque, & quandocumque id eis placuerit; hi enim  
omnes censent beneficia, & Prælaturæ manuels.  
Ita ille qui respondet ad argumenta, quæ in contra-  
rium adduci possunt.

2. Nota tamen quid in uno casu fallit supradic-  
ta opinio, & erit quando Superior, pendente accusa-  
tione, vel inquisitione contra aliquem, eum spoliaret  
Prælatura etiam manali; & ratio est clara,  
quia dum Superior cœpit accusationem, vel inquisi-  
tionem contra subditum ad effectum spoliandi eum  
Prælatura, tum ipsa spoliatio superuentis non con-  
siderabitur ut ius simplex, & imperium. Si prioris  
in subditum, sed ut pena illius delicti, de quo ipse  
iam cœpit accusationem, seu inquisitionem. Sed talis  
pena noscitur imponi, nisi prius probato del-  
icto. Ergo, &c. vide etiam Lauorium in var. eluc-  
ubrat. tit. 4. cap. 23. n. 23. & 24. vbi etiam addit, Præ-  
latos Regulares de facili, & leuioribus causis posse  
amoueri a suis Prælaturis etiam electiuis, & citat.  
e. per tuas el. 1. de simonia, & c. qualiter el. 2. de accusat.

### RESOL. XVI.

An Prælati Regulares teneantur emittere professionem  
Fidei?  
Sed maius dubium est, circa Regulares Lectores Phi-  
losophia, & sacra Theologia, an inquam, teneantur  
emittere Fidei professionem? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 78.

§. 1. **A**ffirmatiū sententiam præcipit Pius IV.  
in sua constitut. & docet Hieronymus Ro-  
drig. in compen. q. Regul. resol. 67. n. 1. Emanuel Ro-  
driguez in q. Regul. tom. 2. q. 72. art. 1. Riccius part. 4.  
decis. 83. numer. 1. Ricciullus tract. de iure part. 5.  
lib. 1. c. 13. n. 5. Barbosa de potestate Episc. part. 2. alle-  
gat. 61. n. 7. & alijs penes ipsos.

2. At ferè in omnibus Religionibus vñs est in  
contrarium, & ideo Prælati ad hanc fidei professio-  
nem non tenentur. Vnde Tamburinus de iure Abbat.  
tom. 1. disp. 8. quest. 3. num. 3. sic ait. In illis Religioni-  
bus, in quibus constitutio Pij IV. non est vñs rece-  
pta, vel est contrario vñi abolita, Prælati Regulares  
non tenentur ad fideli professionem emittendam, &  
Hieronymus Sorbo in annot. ad compen. privileg. tit.  
Professio fidei, dicit sacram Cardinalium Congre-  
gationem, respondisse prædictam constitutionem  
quoad Prælatos Regulares non esse in vñs, atque ita

pariter consiluisse alios doctissimos viros, & ita  
in praxi obseruari, quidquid dicant alii, & revera  
hodie in Religionibus prædicta constitutio non ob-  
seruatur. Ita Tamburinus, & de dicta praxi testa-  
tur etiam Portel in dubis Regul. ver. professe, num.,  
& illam approbat Sigismundus à Bononia vñ ad. di-  
elect. part. 1. cap. 7. dub. 50. num. 7. & Villalobos in  
summa tom. 2. tract. 1. diffic. 6. num. 3. vbi sic ait. [Ad-  
uierto que aunque el Concilio Tridentino no obliga  
a los Prelados a hacer la Profesión de la fe; los  
obliga Pio IV. en un modo proprio, aunque sean  
los Ordines militares. Mas esto en muchas religio-  
nes no está en vñs, y donde no lo estuviere, no  
obligara.] Ita ille, & ego cum Sanchez in summa  
tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 3. quidquid assertat Barbola  
vbi supra.

3. Sed majus dubium est circa Regulares Lecto-  
res Philosophie, ac sacra Theologiae, an inquam,  
teneantur emittere fidei professionem. Portel vñ  
suprà in dub. Regul. verb. Professio fidei, num., affir-  
matiū respondet, & cum Rodriguez asserti Præla-  
tos Regulares alteri promoventes Lectores in suo  
ordine incurrent penas positas in 2. Bull. Pij IV. sed  
si in aliqua Religione dicta Bulla non fuit vñs re-  
cepta, vel per contrarium vñm fuerit abrogata,  
vt suprà de Prælatis dictum est, non condemna-  
rem Lectionem dictam professionem fidei minimè  
facientem.

### RESOL. XVII.

An Superiores Regulares teneantur residere in suis  
Monasteriis, ita ut teneantur assistere etiam tem-  
pore pestis, heresis, & etiam cum periculo mortis?  
Et quando vero, & pro quali causa debet Generalis  
dispensare in casibus occurrentibus, ut Superior Ma-  
nasterij remaneat extra conventum per aliquas datu-  
s. Ex p. 9. tract. 7. & Mise. 2. Ref. 54. alias 53.

§. 1. **R**espondeo affirmativè: nam, generaliter  
loquendo, ea, quæ in Concil. Trident.  
sess. 6. cap. 1. & 2. & aliis iuribus statuantur circa re-  
sidentiam Prælatorum, intelligi debent suo modo  
de Prælatis Religionum proper similem rationem.  
Miranda in Manual. tom. 2. quest. 9. art. 5. Hinc Præla-  
ti Monasteriorum tenentur assistere suis Monasteriis  
tempore pestis, vel heresis, etiam cum periculo mortis.  
Ratio est: quia sunt quasi Parochi illorum  
Monasteriorum: Parochis autem non licet fugere in  
eventibus. Sanch. lib. 6. in Decal. cap. 1. num. 55. &  
cum ipsi Lezana in summa tom. 1. cap. 18. num-  
ero 12. Vnde ego olim interrogatus, an Generalis  
cuiusdam Religionis potuisse permittere, ut Prior  
Monasterij Romæ remaneret per aliquot menses  
ad imprimentum quandam librum: Respon-  
dit negatiū. Quod etiam nouissimè docet Bordone  
in suis constitut. Regular. tom. 2. resol. 80. num.  
mer. 47. Quando vero, & pro quali causa de-  
beat Generalis in casibus concurrentibus dispen-  
sare, vide Tamburinum de iure Abbatum, tom.  
1. disputatione 14. questione 3. 4. & 5. Et adver-  
tant Generales Religionum in hoc, ne caci caco-  
duant, & omnes in foueam cadant.

RESOL.